

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Foertsch Jacob Portzel

Thesium Selectarum Theologicarum Decas

Tubingae: Reisius, 1699

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn822930005>

Druck Freier  Zugang



54.

Fa - 1092 (54.)

1. Tractatus Theolog. de Prodigio P. Holzflur.
2. De Jure Sabbathi. Stryk.
3. de Herba Bonith. Ferent. 22.
- 4.

29.
69.
6.
67.
6

THESIUM SELECTARUM THEOLOGICARUM

D E C A S,

Quam
P RÆS I D E

V I R O

S U M M E R E V E R E N D O A T Q U E E X C E L L E N T I S S I M O ,

D N . M I C H A E L E FÖRTSCHIO,

S S . Theol . D . & Profess . P . ut & p . t . Decano ,

Stipendii Illustris Superintendente

Dignissimo .

DOMINO PATRONO ET PRÆCEPTORE SUO ,

omni obsequii cultu jugiter colendo ,

tuebunr

I N A U D I T O R I O J U R I D I C O

die 13. & 14. Januarij

Anni p . n . C . M . D C . X C I X .

M . J A C O B U S P O R T Z E L I U S ,

Lindaviensis .

à quo brevis consideratio hypothesum Dn . Thomasii de
partibus hominis essentialibus , & duplice lapsu Adami
adjecta est .

T U B I N G E ,

Typis JOHANN . CONRADI REISL .

Jyo. Sig. Sal 7
D. Hoch selten
obwohl gern



THESSALONICENSIS
THEOLOGICARUM

DEGAS

PRAESTIDE
ALIO
DN. MICHAELI FORTSCHIO

SS. THEO. D. & H. P. M. & B. T. DEESIO.

DOMINO TATRONO ET PRACTICTORIE SUO
OMNI OPUSCULI ET INGENII LUCIS CONSUMO

IN ACADEMICO JURIDICO

GRATIA ET FRANCIA

QVAM E. C. W. DC. XCV.

W. JACOBUS PORTERIUS

PIODSALIUS.

DISCUSSIONE DE PRACTICIS
PRAECEPTORIIS PRACTICIS. DE QVIETIBUS
SILENTIIS.

AD ALIA QVI.

TIBI JOHANN. CORNELII KRIESEL.



Σὺν Θεῷ.

THESES I.

Recet omnino B. Meisnerus, habitum Theologum etiam in subiectum non renatum & hominem &c. Theoperverse vita cadere, scribit. Neque tamen magis B. Danhanerus eundem definiens, in oculo mentis spirituali ac renato, puro à nequitia, pioq[ue] cellocat: nisi quod hic ad intentionem Spiritus S. magis respiciat; ille ad naturam & indolem Theologici habitus intentius reflectat. Unde etiam quodammodo arbitrii fas est, quo sensu recte dicamus: Veram Theologiam non in mera speculatione & arte, sed in corde, vita, fide & opere ponit. Non tamen admiserim ex illo Hieronymi ad Heiliudorum: Non facit Ecclesiastica dignitas Christianum, hanc consequentiam: non facit Ecclesiastica dignitas Theologum; et si nemo dixerit: Ecclesiastica dignitatis titulo expleri naturam Theologi.

I I.

Ceterum, quemadmodum, quicquid Theologie revelata est, intentione Spiritus Sancti ad praxin destinatur; ita quicquid est Theologiae naturalis, quae sub se continet Religionem naturalem, ad praxin, i. e. externam disciplinam, quam Deus vult ab omnibus hominibus prestari, pertinet, judice gravissimo Chemnitio. Et sicut in Ethicis de principiis actionum, virtutis & vitii, instituitur consideratio, non ut in ea subfistatur, sed ut conclusiones formaliter practicæ inde eliciantur; ita in Theologia naturali consideramus divinam essentiam & naturam cum affectionibus, non speculationis proposito, sed ut suo modo radices & virtualiter regulam recte operationis circa Deum: quod studio: è inquirit B. Musæus. Confer Chemnitium L. T. Parte L de Deo c. I. §. IV.

III.

Circa principium Theologiae revelatae audax simul & A De Democritatione

72
69.
6.
67.

Georgius callidius est *Huetius*, dum scribit, Scripturæ Sacrae auctoritatem divinam per illud argumentum, quod à complemento vaticiniorum exquisito desumptum est, tantâ certitudine apodictica niti, ut hanc suam demonstrationem exinde deducat. Nam non minus certam, quam demonstrationem geometricam afferat. Idem tamen deinceps in geometricas demonstrationes invenit, easque graviter percenset, fateturque, cognitionem per sensus & rationem obscuram esse, fallacem, & ad veri notitiam malefidam & intutam. Sed callidus est & revera videtur viam munitre ad Papatum, quâ fini etiam ait: ea quæ omnium majore consensus admittuntur, pro clarioribus ac certioribus esse habenda. Nimirum, si sensus ac ratio nostra fallere creduntur etiam in certissimis ac clarissimis demonstrationibus, tutiū quis majori parti seu pluribus accedit, quam si rationes ipse expendat, quæ quanquam luculentæ subinde apparent, evidenter tamen ac certiora erunt, quæ pluribus ita videntur, quam quæ uni vel alteri. Vide amplius de hoc arguento *Alnetanas* quæstiones.

IV.

De efficacia S. Scripturæ.

Ad doctrinam de Scriptura S. pertinet gravissima quæstio: *An illa vim habeat insitam convertendi ac regenerandi homines?* ubi nisi sollicitè distinguas adversarios & dissentientium ordines; vix è difficultatibus emerges: neque enim ex mera loquendi formulâ mentis abyssum judicare fas est. Sic v. g. è Nostris nonnulli virtutem illam intrinsecam naturalem & essentialē negant. Ex parte Reformatorum deprehendes, qui magnificientius & loquantur & scribant, quam illi ipsi Theologi, primâ specie. Sed bene monet *Menzerus* *Exeg. ad A. C.* si rectè inspicias, fraudem patere. Neque enim possunt isti, stante hypothesi de salutis hominum decreto sincerè sentire; nisi cum nonnullis dicere quis velit: manere nihilominus intrinsecam vim verbi, etsi non apud omnes nec in omni loco fructificet; quibus tamen facile respondetur. Inde licet *Museus* & cum ipso *Bajerus* virtutem illam verbi divini naturalem & essentialē negant; sincerior tamen mens fuit. Videantur ipsi. B. Cancellarius *Osiander* fatetur: *Quæstionem satis intricatam esse*, ait tamen: 1. bic maximè respici verbum in usu, atque & officio. 2. Strictè loquendo in usu suo debito esse solùm efficax. Ubi videtur omnino negare

70
69.
6.
67.

gare efficaciam *a&tu primo*. Sed bene se res habet. Subjicit enim: *se aptitudinis* voce uti malle, quamquam actus primi efficaciam vocari ab aliis non refragetur. Dicatur ergo vis illa *supernaturalis*, compelletur & *naturalis* imo *essentialis*, si modo orthodoxè: negetur efficacia *a&tu primo* quoad hanc vocem, afferatur tamen res ipsa, efficacia a&tu primo, & substituatur *aptitudinis* vox, lis exibit in commoditatem vocis.

V.

In S. Scriptura finis est Deus, ad quem omnia tendunt, *De moralitate actuū in Deo*.
 ubi essentia, attributa, actus, personæ &c. *A&num in Deo moralitatē novissimè negavit B. Pufendorff.* Non enim apparere, inquit, quomodo ab hoc termino iste imperfectiones abstrahi queant, que ex prima significatione ejus & communī usū ei adhaerent, que morales perfectiones illis, que naturā aut per essentiam insunt, opponuntur. Nimirum supponit, ut actus morales dici indeque boni vel mali astimari queant, requiri regulam & normam seu legem à superiorē positam, unde demum actus indolem moralitatis nancisci queant. Veretur igitur, ne Majestati divinæ detrahatur; *Enimverò dum uni præstruitur, aliâ viâ videtur emergere per illam hypothesin, quod tolerari nequeat.* Si enim moralitas actuum non nisi è lege superioris est, omnisq; adeo honestas vel turpitudo eorundem, etiam lege naturæ præceptorum vel vetitorum, non nisi voluntate Legislatoris constent; nihil per se fore turpe vel honestum, nec naturā, nihil intrinseco valore & pretio ad hunc illum ve effectum constans, sed omnia moralia extrinsecus supervenientia: quæ sicut liberimâ Legislatoris voluntate convaluere, ita eadem ita constitutive dispereunt. Potest ergo Deus, si velit, facere, ut blasphemia, incestus &c. non sint turpia; potuit, si modo voluit, ab æterno innocentes ad æternam perniciem destinare, salva justitia & sanctitate; quippe quæ non nisi liberrima DEI voluntate nititur: potuit sine mediatore absque merito liberare genus humanum, meruit & Christus non nisi ex impositione & beneplacito. Hos & similes fructus detestabiles sicut re&tè imputaveris illis, qui ad tuendum decretum DEI absolutum assumunt illam satiè horrendam hypothesin: *Vitium non differre à virtute naturā suâ?* Vid. Danbauer. Hodomor. Calv. Phant. VI.

A 2

ita

ita minus rectè Pufendorffio tribueris. Nam I. istam absoluti decreti sententiam in scriptis suis rejectit, & ab eâ abhorruit. *Vide Dissertat. Acad. de Concord. Pol. ad Relig. & posthumum de Jure feciali p. 234. seq.* adeo ut hoc dogma de absoluto decreto impedimentum gravissimum esse judicet, ne unio inter Lutheranos & Reformatos sperari queat. II. Licet Deo moralitatem ob supra allegatam imperfectionem deneget, non tamen moralitatem respectu hominis mere extrinsecam liberaque dispositionis docuit unquam, sed talem ex parte, ut certe actiones homini necessario congruerent, aut non congruerent, fundatamque adeo in ipsa humanâ naturâ, quæ sicut non humana esse non potest; ita honesta, cum illâ necessariam connectionem habentia, honesta non possunt non esse. III. Quod moralitatem Deo denegat, utique in ordine ad externum & superius impedimentum moraliter obligans facit. Sic enim expressè. L. II. de Jure N. & G. c. 1. p. 146. quod Deus quedam non agere posse dicitur, id non provenit ex aliquo impedimento NB. extrinsecus accidente naturali aut morali. Unde ergo? Respondet post pauca: Inde NB. quod talem agendi modum perfectissima sua naturæ congruere ipse operibus & per revelationes ostendit. Quid luculentius quam quod auctor ex ipsa natura & essentia DEI perfectissima omnemque imperfectionem respuente argumentetur? de quo ne illum dubium superesse queat, observeatur subiectum exemplum: *Quod Dei promissa non fallunt id non exinde est, quod ejus libertas fuerit circumscripta per obligationem ex promisso ortam; sed NB. quia promissa fallere imperfectionem involvit, quæ à Deo longissimè abest.* Arguo: Qui promissi servationem deducit ex essentia & naturâ divinâ immutabili & perfectissimâ, ille nequaquam statuere potest, aut statuit cum Calvinianis supra memoratis; Deum posse facere, ut virtus non sit virtus aut vitium non vitium, nec in mero arbitrio, naturæ & perfectioni divinæ opposito, ponit, quod justum est & rectum, sed cum ipsis Theologis Orthodoxis ex essentiâ divinâ deducit. Unde quæstio de moralitate actuum divinorum, prout adversus Pufendorfium concernit, ferè non nisi vocabularia esse potest, quippe hoc redditura: *An quod Deus in genere illorum, quæ inter homines à Deo Lege Naturæ sunt constituta, per Essentia sua ra-*

rationem & perfectionem censetur agere, necessario concipiatur sub ratione moralitatis agere, num vero sufficiat orthodoxia & constante ac immutabilitati talium attum, si dicantur profinere ex ipsa essentia Dei justissimam & sanctissimam? ubi, quod posterius asserit Pufendorffus, prius autem negat; nihil quicquam periculi subest. Si dicas: Deum e. gr. promissa non posse non servare, idque non primo propterea, quod hoc habeat necessariam connexio- nem cum naturâ divinâ perfectissimâ; sed quod in se habeat rationem moralis honesti, jam absolvisti Pufendorffum periculosa hypothesi, quia saltem id firmum immotumque manebit, Deum tales actus non posse non exercere, nec contrarium præcipere. Deinde quod dicitur: habere ejusmodi actus in se naturam honesti; excipiet Auctor (ex suâ nimirum hypothesi, quâ honestum non nisi in respectu ad Legem superioris considerat) illud in se vel dici respectu Dei; & sic involvere contradictionem in adjecto; vel in respectu ad hominem; quod facile concedet, si modo illud in se & per se non explicetur de naturâ aliquâ morali ab æterno realiter ex se & per se existente. Sin regeras: neque in respectu ad Deum neque ad hominem, sed præcisè & in abstractione sumendos ejusmodi actus, ut communes sint Deo & homini; respondebit: non potest actus moraliter honestus Deo & hominibus communiter competere, quia in hominem cadit obligatio, in Deum non obligatio autem intrinsecè in honesti ratione continetur. Si excipias distinguendo inter obligationem moralem & legalem, hanc in Deum non cadere, at illam; urgebit amplius: illa obligatio moralis & naturalis, quæ inest actu honesto, respectu Dei nihil aliud potest insinuare, quam quod ita sit comparatus actus, ut Deus non possit non illum peragere, at talem necessitatem primò non provenire ex actu per se sine ulla reflexione ad Deum; sed ex eo, quod Deus sit perfectissimus & non possit non exercere id, cuius omissione imperfectionem in Deo involvit. Secundò, quod adeo ex necessitate naturæ ad actum comparata perpetratur, non ex obligatione posse dici provenire. Unde enim probabitur modus loquendi? quo usu? & apud quam gentem? Si denique instes; et si non sit obligatio personalis, à persona proveniens; esse tamen realem, à re &

A 3

obje-

objecto emergentem adeoque objectivam, quæ primam suam radicem & primum veluti punctum ponat in ipso actu praeciso & abstracto, & veluti actuetur & compleatur in natura divina & humanâ; equidem ratione prioris redibit questio: *An usus ferat, illum necessitatis conceptum obligationem compellare, qui tamen videtur potius in necessaria connexione possibili confistere cum natura rationali, intellectuali & liberâ, si detur.* Deinde ratione posterioris facile largietur, inchoari quodammodo obligationem in actu ita concepto, non tamen formaliter constitui, sed in ratione possibilitatis & aptitudinis subsistere, posito nempe esse objectum & subjectum, quod agat, & circa quod versetur, non posse non tum ei convenire, ab eo suscipi, lege praecipi & sic exerceri. Dicis actus in se praecise à subjecti quod agit natura & objecti ad quod tendit, constare v. g. in genere moraliter turpium, concubere cum illis, è quibus prognatus es, praeciso an concubens sit homo, an brutum abstracto quoque in objecto cum quo concubit conceptu naturæ specificæ rationalitatis & irrationalitatis, actus inquam hic juxta Te ita comparatus erit, ut in se habeat illam essentiam naturam & indolem, ut, posito modo subjecto & objecto actus capace, non possit non obligare actu ne committatur, sed ut omittatur, atque ita ipsam illam rationem, obligabilitatis subjecti provenire ex ipso illo actu ejusque naturâ, praecisa subjecti & objecti specificâ ratione, rationalitate & irrationalitate. Adhuc autem instabit auctor: sic confundi *Physica* cum *moralibus*; actum enim sic consideratum esse mere physicum. Si ulterius pergas, esse actum talēm physicum quidem sub ratione meri motus physici, sed non sub ea ratione, qua habet intime in se vim obligativam ad omittendum, ordinemque adeo necessarium ad regulam moralem, aut ut *Dn. Zentgravius* loquitur, valorem. Sed nondum dimitti potes. nam posito, illam rationem intrinsecam actus physici rectè dici vim obligativam, quod usu probandum esset & consuetudine, unde vocabula estimantur; unde est illa vis obligativa? ille valor? ille ordo? annon ex lege illa DEI interna, decreto DEI practico æterno, quod talēm naturæ rerum objectorum & actuum ordinem constituit, ut v. gr. hi aut illi actus habeant eam

eam indolem, ut non possint non præcipi, illi non possint non vetari? Si dicas nequaquam hanc esse legem æternam, unde moralia naturalia suam indolem nanciscantur: sed ipsam essentiam & naturam talium actuum, quæ ita sit comparata, ut non possit non obligare cum Deum tum homines, essentias autem rerum esse æternas non à decreto aliquo divino, adeoque & essentiam & naturam rei æternam fore; responderi amplius potest: cum nihil præter Deum sit æternum quoad rem & existentiam; Nam regulam nihil aliud intendere nec intendere posse, quam quod prædicata rei essentialia non possint non cohaere, nexus nimirum plane immutabili, adeoque & hoc inde futurum quidem: prædicata essentialia moralitatis & intrinseca non posse non aetibus moralibus competere. Sin regerat vim obligativam subire locum talis prædicati, quod cum natura physica ipsorum actuum, jure N. præceptorum & vetitorum intimè connexum sit, adeoq; & actus illos physicos quatales esse subjectum habens naturalem & immutabilem nexum cum illa vi obligativa, valore & ordine ad regulam moralem; observandum porro erit; ut sit vel obtineat æternitas illa, immutabilitas, ac necessitas effici moralis in iis quæ sunt legis naturæ, quodque adeo Deus talem essentialiem nexus mutare non potest, esse ex parte Dei ipsam Dei essentiam, quæ si posset rerum naturam & ex illa resultantia prædicata tollere, ita, ut v. g. homo non sit homo, totum non sit majus suâ parte, idem esset, ac si posset facere, ut esse non sit esse, quomodo nulla in Deo daretur veritas: Et sic ex essentia divinâ perfetissimè verâ fluere immutabilitas, æternitas & necessitas moralium illorum. Unde denuo illud supra rediret; quod conjectarium est naturæ divinæ quæ talis, id non potest dici propriè habere vim obligativam, quæ teneatur Deus. Quippe non obligationis vinculo tunc tenetur, sed naturæ necessitate constringitur; nisi quod denique dici queat; nisi objectum illud, effatum morale Legis Naturæ, ita comparatum esset, non posset eo modo determinare objectivè nimirum, essentiam Dei, ut ea necessario erga id se habeat. Ergo non ex sola veritate Dei immutabili id fieri videtur, quod nexus illum mutare nequeat, sed ex indole objecti & adeo intrinseca necessitate, quæ ita

ita se habet, ut si Deus eam mutare posset, veritas ipsius tolleretur. Atque sic manebit *objectiva moralitas quædam actuum*, ut vocant, in Deum etiam se diffundens, quam dum Pufendorffus non admittit, metu partim ne physica & moralia confundantur, partim vero, ne coetera quædam Deo natura singatur, partim denique quod illum conceptum in demonstrationis suscepit proposito parum aut nihil sibi prodesse existimabat, & ad summum non nisi punctulum veluti quoddam aut primum filamentum obligationis, ut ipse illam consideret, constituere, aptitudinem aliquam non actualem; eorundem tamen actuum necessitatem, eternitatem & immutabilitatem satis stabilitatù in ipsâ naturâ humanâ & conditione, tum in divinâ essentiâ & perfectione, ut haec tenus atuit. Ceterum etiam B. Cancellarius Osiander de obligatione à supériore proveniente sic scribit ad Grotium: *Omnis obligatio descendit ex voluntate superioris.* Quomodo itaque, nisi esset superior, nisi esset Deus; bac officia possent descendere à supériore? Loquitur de actuali & strictè sic dicta obligatione, quam semper præ oculis habuit Pufendorff, cum altera sententia non nisi de aptitudinali, respectivè ad illam alteram ita dicta, ut loquitur D. Zentgrav. pro communi sententia.

V I.

De loco
Petrino.
a. Petr. I. 4.

Horrendis blasphemias conspurcant doctrinam de DEO Fanatici, & Contemplatores mystici parum ab illis absunt cum contemplatione sua transmutativa, quam Deificationem, in Denim transformationem describunt. Vide. Carthusianus de Ponte lucis apud Voetium & alii. Hi, si dicant: se nature divine participes esse factos, ex Petri illo; nequaquam admittemus, quippe heretodoxum sensum affingentes. Neque tamen Spiritibus his Fanaticis subsidio esse posse illam B. Schmidii interpretationem, existimamus: Petrum de Renovatione Fidelium primariò in suo contextu loqui. Subjungit Gerbardi verba: *Verè credentes dicuntur nature divine consortes ratione renovationis & novarum qualitatum, quas Spiritus in cordibus eorum efficit &c.* quanquam diffiteri nequeamus, Dnn. Wittenbergensem nuperam interpretationem loci planam & simplicem nobis videri.

V II.

Dum B. Hülsemannus ait: Primum fundamentum seu vinculum obli-
 gans creaturam rationalem ad colendum Deum eique obediendum esse
 creationem; possit quis excipere; Christum adeo sec. humanam
 naturam non fore colendum, ut hominem; sed tantum secundū
 divinam naturam, quia non creavit secundum humanam natu-
 ram, sed divinam. **E**nīm verò respondemus: Filius DEI commu-
 nicavit humanz naturz per secundum genus communicatio-
 nis idiomatum divinam majestatem & gloriam, potentiam &
 & omnipr̄sens dominium. **U**nde propter illam communi-
 cationem, cultus Christi, ut DEI & Domininon ad solam divi-
 nam sed & humanam naturam pertinet, in abstracto, ut orthodoxi
 dicunt. (Nam *cultus*, quem ex unione personali admittunt Re-
 formati, nequaquam sufficit Orthodoxis, quippe qui *carni*
Christi in abstracto cultum illum divinum & adorationem tri-
 buunt.) **E**t que hoc fundamentum obligationis propriè sic di-
 tūt: *Et* quā obligamur ad cultum Christi Domini ratione humanz
 naturz: cui verò deinceps aliud accessit ex ipsa redēctione ge-
 neris humani. **N**imirum aliud est *modus originarius*, per quem
 introducitur hic *cultus*, & ei respondens *obligatio*, aliud *modus*
derivativus. **I**lle in DEO fuit actus seu beneficium creationis:
 hic in Christo secundum humanam naturam communicatio
 Majestatis & domini: neque enim per id solum, quod Deus
 homo factus est, & divina hypostasis ac natura humanz na-
 turz communicata, illa obligatio, de qua hoc loco sermo est,
 fundatur: alioquin & de DEO quoad personas & naturam
 præcisè considerato, adeoque ante ullum opus & dependen-
 tiā hominis dicendum esset; primum fundamentum & vin-
 culum obligans creaturam rationalem ad colendum Deum esse
 in divina natura præcisè positum, quod directè adversatur
Hülsmanno, qui in dependentia illa non naturā id ponit.
 sensu utique orthodoxo, cum aliis, Scherzero, Brochmando,
 Museo, Rudrauffo &c. Conciliationem cum illis, qui pau-
 lo aliter subinde loquuntur, instituimus in antecedenti-
 bus. Neque tamen negamus, adorationem & cultum divinae
 naturae per se, humanæ antem ex unione deberi. **N**imirum ad glo-
 riam & majestatem Patris provehi potuit humanitas, licet cœlum
 & terram non creaverit, ut rectè Schröderus de Throno Maj.
 Chr.

Chr. p. 412. Et tamen recte secundum primum genus communicationis idiomatum dicitur Jesus *Creator cœli & terre;* non quod humana natura creavit, sed quia filius Dei in unionem hypostaseos naturam humanam assumit, ex qua unione sicut communicatio naturarum, proprietum & maiestatis divinæ fluit, ita etiam adoratio: quæ tamen, ut carni Christi, nempe sensu orthodoxo id est, in abstracto tribuitur, ad secundum genus pertinet & ex illo procedit.

VIII.

De Crea-
tione ho-
minis.

Inter creaturas homo est præcipue, anima & corpore, constans, de quorum creatione B. Calovius scribit: *Non cum Canonistis distantia temporis inter formationem corporis & inspirationem anime cogitanda est, et si distincte & ordine hæc numerentur. At tamen corpus prius esse productum, & dein animam immissam cum B. Ofiandro Colleg. System. probabilius statuimus.* Id enim nictitur simplici & plano recensu historico Mosis: Gen. II, 7. quo innuitur: Deum figurasse hominem, & quidem ex terra pulverem, & insufflasse in nares ejus nempe figurati pulvri humanam speciem exhibentis (דָּבָר חַיִּשׁ) animam vitarum. Itaque non simul unum eodemque momento corpus & anima producta concipi debent, quomodo vis & ordo textus perirent; quippe hominem ita factum esse narrat Moses, ut primo figuratus sit & formatus, & quidem ex terra; adeoque haec tenus terreno pulverulento, tum demum, figurato jam & speciem habenti, (quippe in nares ejus,) insufflasse דָּבָר חַיִּשׁ hujus inquam ordinis & circumscriptionis sollicita ratio utique observari debet.

IX.

De Provi-
dencia Dei
in bruta.

Memorant Hülfemannus, Scherzerus, Danbanerus & alii de Hieronymo: negasse ipsum providentiam divinam ratione brutorum, quoad individua, concedere tantum ratione speciei. Calovius & alii gradim tantum negare non rem ipsam monent, sententiam in confictu proponemus.

De Scien-
tia media.

X. *Scientiam medianam quam vocant propriè sic dicitam cum Hülfemanno dari negamus: si tamen recte & orthodoxè explicetur, admitti potest. Ceterum non subjectivam, sed objectivam concedimus, eamque prout ad providentiam pertinet, ad scientiam visionis referimus. Vid. Hülfemann. in Breviario & Scherzer in Dissertatione Doctor.*

Con-

70
69.
6.
67.

Consideratio hypothesium Dn. Thomasii, de tribus hominis partibus essentialibus & duplii lapsu Adami, addita à Respondente.

I.

Tres esse partes, quæ hominem constituant, *corpus*, *animam rationalēm*, & *spiritum ex Deo*, qui animam ab inclinationibus hominis terrenis ad Deum avertat, est sententia, quam Arnold in essentialibus libro von der Ersten Christen Glauben und Leben / P. 1. pag. 39. bus. jam à Patrium quibusdam prima N.T. Ecclesia receptam fuisse tradit. Non defueru posterioribus temporibus fantasios imprimit, eidem opinioni addicti. Novissime eandem variè interpolatam suam fecit Cel Dn. Thomasius: Confess. Neque enim, putavit, nisi bac hypothēsi ass. mta, i. commode explicare posse Doctr. sue naturam hominis lapsi & renati: cum lapsus non obstante miseriā sua naturali inseipso salutis principium, interiorēm hominem, sc̄illam scil. Spiritus, in Poiret. reliquarēm imagine divinā habeat, ejusque punct. onibus subinde ad agnoscendū hyp. ix. xi. dam statu sui infelicitatem & emergendum ex eā p. r. amorem Des impellens. Brenneisen sur, renatus autem iu spiritualibus virtibus, eo lumene, eo amore Des pradictus cont. Et voluit, qua in hominem ψυχę, i. e. corpore & anima constanter non cadant. ien P. 1. §. 2. nec nisi ex hac sententiā de pugna inter carnem & spiritum quod coharetur 60. & seq. dics posse, cum, qua inter se pugnant, de eodem scil. de anima deca nequesint Hist. Sap. 3. & expressa Scriptura verba pro suā stare sententiā. Verum enim verò & Stult. T. an hęc latus ponderis habeant ad probandum, quod vult Dn. Tho- ill. p. 35. Monatges. matus, jure dubitatur.

Namque quod **Primum** fundamentum attinet i. hominem lapsum sprach P. II. in se principium boni, motus bonos, reliquias imaginis divinæ quoad p. 1124. spiritualia habere, plāne nego. Homo lapsus mortuus est in peccato, nullam habet vitam sine Christo, Christus ei non prodest, nisi credit, credere nequit in eum, cuius beneficia ignorat, ignorat hęc quamdiu Evangelium de Christo, sacrī literis comprehensum, non audit. Quomodo ergo in se habebit **principium vita spiritualis**, non nisi Conf. h. x. excitationis indigum, iucans ipsum in opere salutis, ut & sive externa verbi Pr. in Poi. pradicatione perrumpere claustra naturalis miseria (nam Durchdring kom. ret & Vien- men) possit? 2. Quicquid boni in renatu est, cur non potius DEO ipsi eisen. c. accepimus feramus, supernaturali gratiā operanti, quām Spiritui ali- cui creato, tanquam tertię parti hominis, & adeo ad ejus naturam pertinenti? Sane nec in Deo, nec in homine est aliquid, quod huic obster, non in Deo, cui omnino vicario aliquo spiritu creato opus non est: nec in homine, cuius animam divinæ operationis capacem esse, non sine causā statuimus. Esto, uti revera est: ψυχὴ ἀθεωτός 1. Cor. II. non sit idoneus cum ad intelligendum tum ad appetendum ea, quae sunt Spiritus divini: Homo certe, in quo divinus Spiritus, i. e. L'ens ipse gratiā suā operatur, nō est nudus ψυχὴ sed πνεύματος αὐθεωτός. eo ipso intellectu, qui prius ad spiritualia intelligenda cœcus erat, post regenerationem intelligit divina: cā ipsa voluntate, quæ terrenis dedita & ad Deum amandum inhabilis existebat, jam inclinat ad unionem

cum Deo, summo bono. Ut eadem anima ea intelligimus, quae ante ignorabamus; ut eodem spiritu modo amare possumus modo odire; ita spiritualis illuminatio intellectus & voluntatis nostrae non infert duas animas, sed in eodem spiritu mutatas tantum qualitates indicat. Unde frustra provocat ad sensum Dn. Thomasius, Histor. Sap. & Scult. T. III. p. 33. dum ait: *At, inquit, aequali jure, quo tu tres partes afferis, isto duas doceas, nec tu docuisti contrarium, sed afferuisti. Ita est; nam bac talia non docentur, sed sentiuntur.* Si Gallafus &c. non senserunt, si tu non sensis differentiam inter animam & spiritum, si verbum Dei nondum separabis in Te istas duas partes, Hebr. IV. 12. idem esset, ac si quis infans nondum sentientis distinctionem anima & corporis in se, doctrinam degenerationibus & ideis veller proponere &c. Sunt sane in se unusquisque regenitorum differentiam inter carnem & spiritum: sentit in se habere aliquid mali semen, ferox, pravatum cupiditatum: sentit contrarium huic principium boni, cuius motu magis ac magis ad Deum appropinquet: sed illud mali semen animam, boni vero principium spiritum creatum, tertiam sui partem esse, id equidem non sentit. Et certum est, multos quin plurimos differentiam inter ψυχην & πνευμα optime intellexisse, qui tamen Dni. Thomasii sententiae nunquam sunt astipulati.

Sittenlehr
P. I. p. 81.

II. *Pugnam inter carnem & spiritum*, quae melius explicemus, quam si Deum in nobis sua gratia pravitati inclinationum nostrorum naturalium resistere hominique ad resistendum vires largiri dicamus? Ecce quid facilius est conceptu, quam eandem animam pugnantes inter se habere inclinationes? Agnoscit ipse Dn. Thomasius alicubi, cogitationes & inclinationes sequentes posse pugnare cum prioribus, cumque in modum pugnam quam dicunt appetitus sensitivi cum ratione explicat. Quanto magis anima nostra, eadem licet manens pugnare secum ipsa poterit in lucta spirituali, quando hic a pravitate naturali ad malum, illic a divina bonitatis resistentiad bonum trahitur?

III. *Scriptura dicta* si consideremus, notamus praeprimis in illis vocem spiritus & equivocationi esse obnoxiam. Notum vero est e Logica, voces & equivocas interpretandas esse secundum materiam substrata, i. Thess. V. 23. agitur de Christianis. His praeter corporis & animae vires, quae naturam hominis absolvunt, scriptura tribuit aliiquid, quo supra conditionem reliquorum hominum elati proprius ad Deum accedant. hoc, quod a Spiritu S. Spiritu Christi, habitante in nobis, & operante originem dicit, Scriptura itidem spiritum, spirituale vitam, renovationem spiritus &c. vocat, idem vero irregenitus, mortuis in peccato, inesse negat, in que spiritum mundi tribuit. Ergo Spiritus regenitorum non est omnibus hominibus communis, nee ad hominis essentiam pertinet: & cum per regenerationem novam in homine substantiam creari tam absurdum sit, quam absurdum spiritum mundi substantiam esse impiis propriam, ideo spiritus hoc loco nihil aliud esse potest, nisi vis illa agendi spiritualis, quam Spiritus Dei secundum beneplacitum suum in iis operatur, qui media ad hunc finem destinata obstinata malitia non respuunt, in Ep. ad Hebr. IV. 12. dicitur verbum,

llam Dei ita penetrans, ut spiritum & animam articulos & medullas quasi findat ac separet. Quid hoc denotatur, nisi verbum Dei habere eam vim, quae corpus & animam hominis omnesque eorum vires & virtutes (id quod πνεῦμα designare videtur) moveat? Quod enim Dn. Thomasius hic separationem naturalium à spiritualibus designari existimat, refellitur mentione μερούς articulorum & medullarum ibidem factâ, neque enim illis ista significatio vocis μερίζειν competit. Lxx. I. 47. Φυχή & πνεῦμα haud dubie sunt τυγχάνωμα. nec Ecclesiastes Thomasianæ faver sententiae. Ait ille C. III. quantum ad sororem nascendi & pereundi attinet, homines & bruta nihil inter se differre, sed unum habere spiritum ad pulverem redditum. Hoc profecto de animâ hominis dici nequit, eandem esse cum spiritu brutorum, recte vero de spiritibus, quos vocant animalibus & vitalibus, i. e. subtilissimis & agillimis particulis sanguinis & nervorum prædicatur. Quid quod idem Ecclesiastes, dum C. XII. 7. hominis morientis conditionem describit, pulverem i. e. corpus ejus ad terram, spiritum vero ad Deum redire testetur? anne ergo anima rationalis ad pulverem pertinebit? anne pro corporis parte habebitur? Fluit id, nec ipso Dno Thomasio dissentit, ex hypothesis ejus, ut in sequentibus ostendetur:

Nunc ad clariorem conceptum de Dni Thomasii mente formandum illud adhuc noto, cum Dn. Thomasius velit *spiritum*, de quo sermo est, pro tertia parte hominis haberi, eundem tamen non modo *spiritum divinum*, ex Dc, & *essentia & divina virtutis*, sed & *Præf. in Poiret hyp. XI. Christum, imaginem Patris, Verbum Patris* appeller; non apparere, quomodo hæc inter se sine Quakerismi suspicione possint cohædere; Quid enim aliud fluit è combinatione harum hypothesis, nisi tertiam partem hominis esse ipsum Deum, aut particulam aliquam substantie invisibilis & spiritualis Christi, effusum è divina essentia, nos intravos habere nostrum Mediatorum, intus Evangelium nobis prædicantem, cui credere, quem amare sit ipsa illa in S. Scripturâ toties nobis ut medium nostra cum Deo reconciliationis commendata fides. Quæ quidem si quis sine præjudicio cum illis contulerit, quæ Gerhardus Crœsus Hist. Quack. de doctrinis horum hominum p. 113. & seq. & præcipue Georgii Keithi pag. 278. & 279. tradit, item cum Barclaji Th. 5. 6. 7. majorem quam optaverit consonantiam horum & Dni Thomasii in his opinionibus deprehendet: sed jam ad alias Dni Thomasii hypotheses pergo.

II.

Ulterius enim statuit: *Pulverem, è quo homo conditus sit, fuisse corpus: De corpore Omne corpus consistere è materia & spiritu: Spirituum diversas operationes re Adami (q. gr. quod hic ratiocinetur, ille non) dependere non nisi à structura organo. in statu immobilem diversâ: corporis humani ita excellentem esse structuram, ut ex ipsa illa tegro.* Dissert. de hominis non essentiâ sed gradu tant. m. differre, utrumque desumptum è spiritu fund. defin. in nōd. universali, utrumque in morte redire ad illum. Id ergo quod Deus hoc causas manus inspiraverit: esse spiritum excellentiorem animâ, qui, quæ primum in spiritu. inspiratus fuerit, statim motionibus suū lumenis corpus hominis à materia sufficiens.

p. 37o seq. & alibi. crassiorē purgāderit, & lucidum instar solis efficeret. Praterquam enim quod in onveniens sit è spiraculo vitarum caelestis essentia & divina virtutis nō & aliud prodīsse quam animal aliquod serretre, Paulum ipsum caeleste & spirituale homini tribuere corpus (a spiritu scilicet illud illuminante) dum 1. Cor. XV. 45. 47. dictum Gen. II. 7. eā tēlēphōgoes exprimat, qua satis denotet horū inēm primo animalem & terrenū ē pulōcre, mox spiritualēm & spiritu Dei esse factum (unde eo loco ΠΙΠ ΤΗΙ non ψυχὴν ζωαν, sed πνεῦμα ζωοτηῖν vertendum sit), si id non concedatur, sequi è verbis Pauli plurā absurdā: 1. Adamum in statu integratissimū habuisse corpus corruptionis obnoxium, ignominiosum, infirmum, morbidum, ignobilium omnibus caelestibus corporib⁹. 2. nos in statu lapsu gestare imaginem hominis integri. 3. Denique sine hac expositione Verba ultima Verbi 45. in Genesi, unde à Paulo citentur, quoniam in tota scriptura non posse ostendit.

Hęc utū non sine omni specie dicantur, non tamen deest, quod cum fundamento respondeatur. Namque I. Si concedam, omne corpus constare ē materiā & spiritu, negato tamen solam materiā formationem tantum posse, ut spiritus in eā operans, per le ratione non prædictus, ē sola structura organorum facultatem rasicinandi & volendi consequatur. Sane nemo facile in hanc sententiam descendet, qui modo voluntatem attentiū considerabit, dum illam animadverteret, libere se determinare ad hoc vel illud, quin interdum ea appetere, quae

Vide tract. motui sanguinis, qui tamen secundum Dominum Thomasum usq; enī contra Dn. Hoffmann, agens & ipse a spiritu est, plane contraria sunt.

II. Corpora constare ē materiā & spiritu nondū est probatum. Sanemō tus particulis minimis primitus à Deo impressus, & ad hunc usq; diem continuatus (adeoq; passivus non actius, ne materiā, quae nō nisi mota movere, id tribuat, cuius naturā suā incapax est) explicationem phēnomenorū physicorū longe melius expedit, quam superfluus iste spiritus universalis, qui se vario modo certis materiā portionibus applicando corpora producere & constituere dicitur. Nec illum è verbis Gen. I. 2. erueris, cum ibi Spiritus Sancti, veri cū Patre & Filio Dei, adeoq; Creatoris non creaturæ, mentio fiat. Si hæsites ad formationem corporum, ubivis quotidie obviam, nec hypothesis de Spiritu Universali dubia eximet, quomodo cuncte enim ipsum concipies etiam secundum Dni Thomasi hypothēsē, (cui ratio ex organorum dispositione resultat)

Pr. in Poi. set hyp. III ex suā naturā irrationalis erit (quæ enim de amore & lumine in creaturis ratione definiti dicuntur, ea, si modestissimè loquar, impropiè dicuntur) Quis verò tam artificiorum corporum, quorum admirandam structuram nullum ingenium imitari, quin nec nosse satis potest, brutum ἔχειν τενερα statuit? & queri potest, quis certam portionem hujus spiritus ad hanc & non aliam corporis formam producendam determinet? inquis Deus & suo modo ipsius materiæ habilitas? sic rursum erit superfluus spiritus universalis, cum hac determinatione præsupposita motus passivus ad omne corpus producendum sufficiat. Videlicet Celeb. Dn. Sturmius Physica Electiva passim.

III. Nec dictum I. Cor. XV. 45. sufficit probandis Dni Thomasi asser-

sertionibus. Namque 1. si κατ' ἀνθερωπόν disputare velim, dixerim, ut
 verborum Apostoli, Deum creasse primo corpus animale, quale bru-
 ga habent (carent autem bruta ratione) en ψυχὴν τῶν! deinde suf-
 flatu suo indidisse animam rationalem, imagine suā, adeoque omni
 perfectione ornatam en πνεῦμα ζωοποιίν! sic non necessarius esset spi-
 ritus. Verum 2. multo magis convenit textui communis exposi-
 tio, primum Adamum, hominem primum; alterum, Christum esse afferent.
 α. primo enim αὐτοψία docet, per verba: Εγένετο Αδὰμ εἰς ψυχὴν τα-
 κον, non ωφελίγεται, sed de verbo ad verbum reddi Mosis,
 וְיַחַד הָאָדָם לֹא־רָא שָׁמֶן. sequentia vero verba: ὁ ἐγένετο &c. opini-
 mē ē loco aliquo ubi Scriptura de corpore gloriose & virtute vivifici
 Christi loquitur, desumpta dixeris, ut adeo tensus magis quam verba
 citata appareant. β. voces חַיִל חַיִל נְשָׂתָה נְשָׂתָה à Mose promiscue de ho-
 mine & bruto adhibentur ad designandam creationem creature
 viventis, tribuuntur non soli pulveri humanam in speciem effor-
 mato, sed homini, qui jam חַיִל נְשָׂתָה נְשָׂתָה à D E O accepere-
 t. Loquitur Apostolus de duobus Adamis non de uno: alias enim
 non diceret, ὁ πετάθετο, ὁ ἐγένετο Αδὰμ, sed Αδὰμ ωφελεῖτο εἰς
 ψυχὴν τῶν, ἐπειτα δὲ εἰς πνεῦμα ζωοποιίν. δ. Πνεῦμα NB. ζωοποιίν
 (non ζῶν aut ζωοποιόμενον) & νείρετο. εἰς ωφελεῖτο sunt excellentiores
 tituli, quam ut homini etiam integro convenienter. Hisce præsuppo-
 sitis sententiam D Pauli in hac pericope ita exhibeo: Excellentiore cor-
 pore resurgentem, quam mortui sumus, non secus ac ē vili semine rudimenta 36. 37. 38.
 futuri corporis, aliquando in terra delis escientia, tandem in egregiam for-
 tam exirent, unoquoque semine à Deo corpus suum accipiente. id adeo nos docet 39. 40. 41.
 experientia, multis esse corporum species, adversam pulchritudinem. exempla
 nūbiū obvia sunt. Experiemur idem aliquando in nostris corporibus, quando
 illa ē mortui resurgent. Quia enim hic ignominiosa, morbida &c. erant, erunt
 tunc prætransfissima, qua nonnisi animalis qualitates habebant, gaudebunt
 spiritualibus. Dantur enim corpora animalia & spiritualia. Sic & Adamus
 in statu integrō habuit corpus animale, nutritio ē terra (natura hoc ani-
 malis est indicum) & ligni vita ad immortalitatem servandam indigum.
 Scriptum enim est de hoc Gen. II. factus est homo primus, Adam, in creaturam
 viventem vitam animalis. Hac legitimus de primo Adamo, at alter Adam Chro-
 stus factus est in Spiritum vivificum. Habuit enim post resurrectionem corpus
 gloriosum: ad Phil. III. per omnia penetrans: Joh. XX. 19. vivens simul &
 vivificum, Joh. VI. Ut igitur in hac vita gestabimus imaginem primi Adami 46. & seq.
 in corpore nostro, ita in altera vita gestabimus imaginem secundi Adami, Do-
 mini de celo, transformatur corpora nostra eis τὸ φύεσθαι αὐτὰ σύμπορος Phil. III. 26.
 τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. Hac expositione admissa, absurdā, quibus
 Dn. Thomasi interpretationem communem premi putat, facile an-
 nihilantur, namque 1. ignominiosa prædicta, quæ nostro corpori in
 hac vita tribuuntur, nulla necessitas poscit & Adami integrī corpori
 attribuere, cum illa nullam necessariam connexionem cum prædicato
 ψυχῆς ζῶσ & σώματος ζομῆς habeant. 2. Simile corpus nostrum cor-
 pori

poti Adami integri dicitur tantum ratione Ἐ Φυχικῆς & χοινῆς, vita animalis, non vero ratione defectuum, qui nostrum corpus animale comitantur, adeoque in statu lapsus gestamus imaginem hominis integri in iis, quae cum lapsis communia habet, non vero in illis, quae differentiam status integri à lapsō constituunt. Ad 3. respondi n. 2. lit. a.

IV. *Luciditas corporis Adami*, sublatō fundamento ejus, facile vanescit. Quin nec sec. ipsius Dn. Thomasi hypotheseſ firmo stare pede videtur. Connecto enim ex mente Dn. Thomasi has propositiones: *Spiritus motionibus suis lucidum efficit corpus, in spiritu conſtituitur imago diſioma.* Hanc in lapsu perdidimus ad minimum sc̄intillam, inde obſcuratio corporis servata est, in regeneratione renovat̄ *spiritus & magis ac magis pristino statu restituatur.* Ex his ita connexis legitimè mihi videor concludere: E. ne eſſe eſt, ut quo magis imago diſioma in nobis renovatur, eo lucidiora fiant corpora noſtrā; aut, ſi experientia contrarium refutatur, ut omnino teſtatur, hypotheſis de luciditate corporis humani in statu integrō falſiſt. conſideratur, adde, quod membrorum dispositio, uſus cibi terreni & ſtatus conjugalis huic luciditati valde adverſentur.

v. Tab. an. V. Tandem, cum Dn. Thomasi animam corporis partem eſſe nexa Conf. velit, clarum eſt, non poſſe ab eo niſi duas partes hominis ſtatui, corporis conſtantis materia & anima & ſpiritu mūdum.

114.

De dupli De lapsu Adami, quam in ſententia inclinet, paucis aperit in diſerto. lapsu Ada- de fundamentoſ definendi cauſas matrimoniales hactenus recepitorum inſufficienția ſ. 17. Adamum ſcil ante creatam Eam potentiam habuiffi ſpirituſi modo in ſe ipſo & ex ſe ipſo ſe propagandi ſine compare ſemina, non ergo eſſe vero abſimilem eorum ſententiam, qui dupliſ lapsu Adami ſta- tuant, quorum unus ante creatam mulierem in deſiderio more beſtiarum ſe multiplicandi conſtiterit, alter poſt creatam Eam per coniunctionem ab arbore Eterna ſe commiſſus. Fundamentum hujus ſententiae querit in occaſione creatæ Ego. Hanc enim fuifſe deſiderium modo animali (ut bruta ad hominem adducta) ſociam ſemina habends. Unde quod Deus reſtatuerit, non eſſe bonum ut homo ſit ſolus, ſtatum hominis jam ordinis diſiomo contraria appetentiis adeoq; lapsi reſpiciat. Quoniam ipſum diſiōm ſpiritu mōe innuere, dum primo in ſingulare hominem ad imaginem Dei creauit, deinde in plurali ipſo, marem & ſemina, creatoris referat. Hanc ſententiam Dn. Thomasi eſt ex allegatis Scripture locis colligo.

Verum enī vero mirum fuifſet, si Deus homini ordinem ſuum invertenti rancum indulſiſſeret; ſi dixiſſet: non eſt bonum, hominem eſſe ſolum, i. e. ſine eā, quam appetendo peccavit; ſi transgreſſorem volun- tatis ſuę felicitate Paradisi ulterius frui paſſu fuifſet, ejuſq; ſociam ipſi mulierem dediſſet, cuius productioni ipſa transgreſſio anſam prebue- rat. Et non ſine cauſa querat aliquis: an ſemina ita creaſta imaginem diſiōm acceperit anno? Si accepit, qui Viro lapsi jungitur? Si non accepit, habent, ſi qui ſunt, qui ſerio ſeminiſ naturam humanam ne- gant, novum ſententia ſuę fundamentum. Namq; ſec. Dn. Thom- ſium eſſentia hominis conſtituit in ſpiritu diſiōm, quem cum imagine diſiōna pro eodem haber. Hoc ergo negato, ſemina inter homines ſec. Dn. Thomasi hypotheſes locum non habebunt.

DEO SIT HONOR ET GLORIA.

SORI DEDO



pori Adami integrum
animalis, non vero
comitantur, adeoque
tegri in iis, quæ cu
differentiam status i


IV. *Luciditas*
nescit. Quin nec sec
videtur. Connecto
Spiritus motionibus si
Hanc in lapsu perdida
euta est, in regenerati
restituitur. Ex his i
cette est, ut quo mag
pore nostra aut, si e
thespis de luciditate c
de, quod membro
hunc luciditatē val

V. Tandem
nexa Conf. velit, clarum est, i
do.

De dupli De lapsu Adami:
lapsu Ada- de fundamentorum
mi. sufficientia §. 17. A

equali modo in se ip
ergo esse vero absim
tuant, quorum uni
multiplicandi const
ferita sit commissio
creata Ego. Hanc
nem adducta) soci
esse bonum ut hom
petentis adeoque lap
primo in singulari
marem & feminam
ex allegatis Script

Verumeni
invertenti tantu
solum, i. e. sine e
tatis suæ felicitat
mulierem dedi
rat. Et non sine
divinam accepe
accepit, habent
gant, novum se
suum essentia h
divina pro co
sec. Dn



ratione. Φυχις & χοις, vita
uum, qui nostrum corpus animale
us gestamus imaginem hominis in
nunia habet, non vero in illis, quæ
onstituunt. Ad 3. respondi n. 2. lit. a.
sublato fundamento ejus, facile va
nitas hypotheses firmo stare pede
ite Dn. Thomassii has propositiones:
corpus, in spiritu consistit imago divina.
am scissillam, inde obscuratio corporis se
spiritus & magis ac magis pristino statu
gitime mihi videor concludere: E. ne
in notis renovatur, eo lucidiora fiant cor
iarium restetur, ut omnino testatur, hypo
n statu integro fastidat... convincatur ad
usus cibi terreni & status conjugalis

omasius animam corporis partem esse
o nisi duas partes hominis statui, corpus
ritum divinum.

I I I.

intiam inclinet, paucis aperit in differen
tias matrimoniales hactenus receptorum in
e creatam Eam potentiam habuisse spiri
se propagandi sine compare femina, non
entiam, qui duplum lapsum Adami sta
mulierem in desiderio more bestiarum se
creatam Eam per conceptionem ab arbore
rum hujus sententiae querit in occasione
desiderium modo animalis (ut bruta ad homi
bendi. Unde quod Deus restatus fuerit, non
in hominius jam ordini divino contraria ap
ipsum divinum Spiritum hoc innuere, dum
imaginem Dei creatum, deinde in plurali ipso;
r. Hanc sententiam Dn. Thomassii esse
ligo.

fuisset, si Deus homini ordinem suum
dixisset: non est bonum, hominem esse
endo peccavit; si transgressorem volun
tius frui passu fuisset, ejusq; sociam ipsi
unctioni ipsa transgressio ansam præbue
aliquis: an femina ita creata imaginem
acceptit, qui Viro lapsu jungitur? Si non
a serio feminis naturam humanam ne
indumentum. Namq; sec. Dn. Thoma
in Spiritu divino, quem cum imagine
oc ergo negato, feminae inter homines
potheses locum non habebunt.
HONOR ET GLORIA.

the scale towards document